

LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 66r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

lauacro malitia omnis abolebitur: tanta diuine sapientie uis est: ut i hoīs
pectus infusa matrem delictorum stulticiam uno semel impetu expellat:
ad quod efficiendum non mercede non libris non lucubrationibus
opus est: gratis ista fiunt. facile cito pateant modo aures. & pectus sapiāz
sitiat: nemo vereatur: Non aquam non vendimus: nec solem merce
de prestamus: dei fons uberrimus atq; plenissimus patet. & hoc celeste
lumen uniūsis oritur quicūq; oculos habent: Nam quis hec phōrum aut
unq̄ prestitit: aut prestare si uelit potest: Qui cum etates suas in studio
phie conterant: neq; alium quemq; neq; seipsos si natura solum obstitit:
possunt facere meliores. Itaq; sapientia illorum ut plurimū efficiat non exci
dit uitia. sed abscondit: pauca vero dei precepta: sic totum hominem īmu
tant: & exposito vetere nouum reddunt: ut non cognoscas eundem esse:

Quid ergo: Nihil ne illi simile precipiunt: Immo p multa & ad ve
rum frequenter accedunt: Sed nihil ponderis habent illa p̄cep
ta: Quia sunt humana & aūcte maiore. i. diuina carent:
Nemo igitur credidit. Quia tam se hominem putat esse. qui audit: q̄ ille
qui precipit: Preterea nihil apud eos certi est: nihil quod a scientia ueniat:
Sed cum omnia coniecturis agantur: Multa & diūsa & varia proferantur
stultissimi est hominis preceptis eorum uelle parere: que utrum sint vera
an falsa dubitatur. Et ideo nemo par &: Quia nemo uult ad inc̄tuz
laborare: Virtutem aūt esse stoici aiunt: que sola efficiat uitam beatā:
Nihil potest uerius dici. sed quid si cruciabitur aut dolore afficietur: po
terit ne quisq̄ inter carnifices beatus esse: Immo vero illatus corpori do
lor: natura uirtutis est. Itaq; ne in tormentis quidem miser est: Epicu
rus multo fortius. Sapiens inquit semp̄ beatus est: & uelut inclusus
in phalaridis tauro hanc uocem emittit: Suaue est & nihil curo: Quis
eum non irriserit: maxime q̄ homo voluptarius p̄sonam uiri sibi for
tis imposuit: & quidem supra modum: Non H. fieri potest. ut quisq̄
cruciatus corporis pro voluptatibus ducat: cum satis sit ad officiū vir
tutis implendum p̄ferre ac sustinere: Quid dicitis stoici: Quid tu
epicure: Beatus est sapiens & cum torquetur: Si propter glām patientia
non fruatur: In tormentis H. fortasse morietur: Si propter memoriam aut
non sentiet: si occidunt anime: aut si sentiet: Nihil ex ea consequetur:
Quis ergo alius in uirtute fructus est. Que beatitudo uite: ut equo a
nimo moriamur: Bonum mihi affertis vnius hore aut fortasse mo
menti: propter quod non expediat in tota uita miseriis & laboribus cō
fici: quantum aūt temporis mors occupat: Que cum venit: utrum